



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. Explicatur secunda Clausula. Nisi, aut parochiale Beneficium obtineat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

SECUNDA CLAVSULA.

§. III. Nisi aut Parochiale Beneficium obtineat, &c.

Statim atque Parochia quis prefaturam incipit possidere, Approbatum jam esse ad audiendas Parochianorum Confessiones, hic Tridentinum pronunciat. Inter hos autem ut refert Barbof. in Trident. *sess. 2. cap. 15. de reform. num. 18* numerari etiam majores Sacerdotes curam animarum habentes, puta Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & illos Priores, quibus cura secularium animarum cum Iurisdictione quasi Episcopali in suo Territorio tribuitur, nimis est certum. Sicuti mihi certum est (quicquid nonnulli adversentur) non numerari ait De Lugo *d. 2. de pan. h. 10. Afcen. Tambur. de Jur. Abs. tom. 2. d. 6. qua si. 17. Suar. d. 28. de pan. sess. 4. Jure Abs. tom. 2. d. 6. qua si. 17.* Suar. *d. 28. de pan. sess. 4.* Praeterea Regulares, ij enim quamvis habeant curam animarum suorum Religiosorum, nequeunt sine Episcopi Approbatione secularium, Confessiones excipere, quia non veniunt absolute, & sine addito nomine Praelatorum, cum eorum Praelatura non sit proprie beneficium Parochiale, quicquid in contrarium velit Th. Hurt. *p. 2. v. 12. c. 1. n. 1869.*

2. Signate autem dixi (incipit possidere) id enim significatur, ut habet De Lugo, & Suar. *l. c. ab illis* verbo Tridentini (obtinere). Quare si solum sit electus, vel si beneficium Parochiale obtineat, eo priveretur, si ob delictum fore oblitum; teste Ludovic. à Cruce, in *Bull. Cruci. d. 1. cap. 2. d. 1. d. 7.* si ob suspensionem ab officio, ut vult Boss. de *Inbil. sess. 3. cas. 2. num. 57.* si ob aliquem casum, quo cesset beneficium, carebit potestate Absolutendi, quia hoc ex jure, est accessoria ad possessionem Parochiae. Nam propterea Maneta *de comm. ult. volunt. c. 1. n. 38. & Diana p. 1. v. 11. ref. 7. sine* docent Episcopos Titulares non censeré Approbatos, quia sic Episcopatus possessione carent: de hac re lege De Lugo in *resp. mor. d. 1. d. 13. num. 3. & 9.* qui videtur innuere Titularem sententiam Approbatum, sed videtur confecti contrarium. De Lugo *disp. 21. de pan. n. 1. sine.*

3. Contra, dum Parochus Parochiam obtinet, non potest, ut placet De Lugo *de pan. d. 2. n. 63. & Lezzani. conf. 40.* per Episcopum privari Approbatione, quia illa gaudet ex iure Tridentini, adversus quod nihil potest Pontifex inferior. Si ergo illum Approbatione indignum esse legitime constet, suspendat illum ob officio vel removeat, nam tunc, ut dictum est, statim cessat Approbatio.

4. Inquiret Primo, Parochus quando quidem est ipso iure Approbatus estne pro suis tantum Parochianis, an etiam pro omnibus Fidelibus cujuscunque Diocesis, ita ut omnium secularium confessiones liberè possit excipere?

Resp. Dividenda est ejusmodi re prolata Inquisitio, nam quoad priorem partem, An Parochus sit Approbatus pro omnibus? Dico esse pro omnibus approbatum, unde accedente Iurisdictione sola, quæ illi deest pro alius legitime illos absolvet. Ratio est, quia ante Trid. Parochus non indigebat Approbatione, nam ex ipso uno officio Parochi Approbatus censetur: Sed Tridentinum nihil immutavit, quoad hoc, ergo neque nunc indigebit Approbatione. At verò quoad posteriorem partem, An liberè possit excipere Confessiones omnium, dico non posse. Ratio est, quia ad legitime eas excipiendas, non solum requiritur Approbatio, sed etiam requiritur Iurisdictione. Cum ergo Parochus gaudeat quidem Approbatione, sed non Iurisdictione, nisi pro suis civibus, pro suis tantum erit aptus Confessarius, non pro alienis.

5. Ex ea doctrina, quod Parochus sit pro omnibus Approbatus, colligitur Fagund. *4. Eccl. prae. l. 7. c. 2. n. 37.* citans praxim Lusit. Sanch. Leand. cum De Lugo *de pan. d. 2. n. 1. Diana p. 1. v. 4. ref. 1. 3. 5. Concedo tamen, Suar. de pand. d. 18. sess. 5. n. 18.* alique Parochum quemcumque cum

sit Ordinarius suæ Parochiæ, posse Episcopo saltem non contradicente delegare suam Iurisdictionem alteri Parocho, si ve alterius Parochiæ in eadem Civitate, si ve alterius Civitatis in eadem Diocesi, si ve alterius Diocesis cujuscunque, & consequenter hunc Delegatum posse excipere confessiones omnium Parochi De legantis; Nam Iurisdictionem habet ex dicta Delegatione, Approbationem vero habet ex suo munere, ut dictum est.

Scio Barbofam *de pot. Paroch. p. 2. cap. 1. num. 3.* solum concedere in eadem Civitate, cui dicit, à Sacra Congregatione sic fuisse decisum: Verum de hac decisione non constat authenticè. Idem Barbof. pro hac sua restrictione citat Fagund. *2. Eccl. prae. l. 7. c. 2. n. 35.* sed non rectè, quia Fagund. *l. c. sed n. 37.* itat pro nobis, ut modo nos citavimus.

6. Sed quid? poteritne eandem suam Iurisdictionem concedere simpliciter Sacerdoti? Respondeo posse, ut dixi superius *c. 4. §. 3. n. 12.* sed non approbationem, unde simpliciter hic simplex Sacerdos, quia solum habebit Iurisdictionem, & non Approbationem, non poterit legitime confessiones audire.

7. Inquires. Secundo, cum in Bulla Cruciatæ, & Iubilæi dicatur, posse Fideles eligere Confessionem ab Ordinario approbatam, poteritne ab omnibus in quocunque loco, vel Regno eligi Parochus?

Respondeo. In eadem tota civitate, ubi est Parochia certum videtur. Ita Fagund. *l. c. a n. 35.* quia sicuti approbatus ab hoc Ordinario potest per Bullam eligi in tota hac Civitate, ita Parochus cujus titulus Parochiæ Tridentinum æquiparat Approbationi. In aliis locis extra Diocesim. Idem *ibid.* multi negant, multi affirmant. Ego sicuti mox docebo, esse probabile Sacerdotem Approbatum à suo Ordinario, posse per Bullam eligi, quia Bulla non requirit Approbationem cujuscunque Ordinaril loci, sed Approbationem absolutè, quam jam hic Sacerdos habet, dum à suo Ordinario est approbatus, ita dicendum est de Parocho, cujus Beneficium Parochiale æquivalere voluit Tridentinum, Approbationi. Ita Fagund. *l. c. Aversa g. 16. de Panis. sess. 8. Boss. de Inbil. sess. 3. cap. 2. num. 254.* alique.

8. Quando Parochus amisit Parochiam, non esse per Bullam eligibilem, quia tunc actu non est approbatus, colligitur ex iis, quæ dicam *mox §. 4. n. 4.*

9. Inquires Tertio. Potestne Episcopus ad examen iterum vocare Parochum, qui jam vel examinatus, vel idoneus fuisse reputatus supponitur, quando ad Parochum assumptus fuit. Vide *lis mox §. 4. n. 47.*

Respondeo. Ita Sanchez in *sele. disp. 50. n. 11.* Vide Thom. Hurtad. *part. 1. fol. 45.* docet posse, & debere, sed in praxi nunquam vidi ad examen vocatos fuisse Parochos, & certè si non apparet aperte indignitas, non esset ipsi hoc onus imponendum, sed potius, si quis indoctum se ostendat, cetur ei Coadjutor, ac suspendatur.

TERTIA CLAVSULA.

§. IV. Aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur necessarium, approbatus.

1. Illud, si ipsis videbitur, denotat Episcopum ab examinando eos, quos novit esse idoneos liberum esse, immo imprudenter ipsum facturum existimo, si hominem doctum, & pium satis ab ipso cognitum vocare ad examen vellet.

2. Si Episcopus aliquem, si ve per examen, si ve aliàs aptum inveniat, quem absolute approbare posset, peccatne si limitate approbet pro determinato loco, pro certis personis, &c.

Respondeo cum Boss. *de Inbil. sess. 3. casu 2. n. 57.* qui rectè ait, Episcopum injuriam, facere ei, quem ad examen admisit, si cum inveniens idoneum non approbet: consequenter ergo dicemus injuriam etiam illi facere, quem